

27

DE
IVRE TESTANDI
VNIENTIBVS
POST INITAM
VNIONEM PROLIVM COMPETENTE,
1750
1752
GAVSSISQVE, QVARE NON
VBIQVE VNIO PROLIVM FREQVENS,
SVBLATIS.

P R A E S I D E
IOANNE HARTWICH REVTERO

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE,

AD DIEM APRILIS MDGGL.

DISSERET
IOANNES LUDOVICVS WARNEYER
SERVESTA-ANHALTINVS.

HALAE SALICAE,
S T A N N O H E N D E L I A N O.

ІДИАТЗАТ ЗЯУ
ЗУВІТИЗНІУ
ДТИТЕЧКОМНОЯ КНОЮ

ІДІЕЗАЛ
ОІШІН РЛУТРО



§. I.

Si de qua re pactum initum, vel circa here-
ditatem viuentis adhuc versatur, vel non. Quid sit pa-
ctum successorum, ad-
quisituum, dispositiu-
m, renunciati-
uum, conser-
vatum.
Priori in casu pactum *pacti successorii* no-
mine venit. Sed successorum pactum vel
ita initum, ut ius succedendi in eum trans-
feratur, qui qua talis alioquin non successisset, vel non. Si
prius, vel ipsi promittenti succedendum, vel tertio. Illo
casu successorum adquisituum hoc vero *dispositi-
uum* audit. Sin posterius, vel id agitur, ut succedendi
ius amittatur, vel non. Illud pactum *successorii renuncia-
tii*, hoc vero *conseruatiui pacti* nomine venit. Pactum
successorum adquisituum vel ultimae voluntatis dispositio-
nem continet, vel non. Posteriori casu pactum successorum
adquisituum in specie tale audit.

Peroſos paſta ſuccelloria ita ſcimus fuſſe Romanos, ut propter
votum captandæ mortis artesque heredipetarum ſubdolas eadem con-
tra bonos mores eſſe iudicauerit tantum non omnia. Conf. l. 15. 19.
30. C. de pactis. Adquisitiua paſta, ſi a militibus diſceſſeris cit. l. 19.
C. eod. reprobarunt. Nec melior renunciatiuorum apud Romanos
pactorum conditio. Distinxerunt in dispositiuis, vtrum de heredi-
tate

Dissertatio Juridica

tate tertii incerti conuenerint partes, nec ne: priori casu non innalida semper, posteriori verum tum denum existimarunt, quam non modo tertius ille certus consentiret, verum etiam ad extremum vsque vite halitum non mutaret consilium l. 3. §. 2. ff. pro soc. cit. l. vlt. C. de pac̄t. Sed nullum licet praeſidium ex Nou. Leon. XIX. ac c. 2. de pac̄t. in 6. petamus, eam tamen successoriorum paſtorum & olim apud Germanos & hodie esse indolem, vt, dum alio ex capite legibus non repugnant, indistincte iure valeant optimo, omnibus in confesso est, qui & in veteri iure & hodierno non sunt hospites. Conf. Ill. a LEYSER Sp. 43. M. 5. Negat quidem cum aliis s T R Y K V.M. t. de pac̄t. §. 15. diuersum in pac̄tis dispositiuis a dispositionibus Iuris Romani vñum: de pac̄tis successoriis adquisitiuis tamen non ambigit l. c. §. 18. Germani, quum pac̄tis, vt obligationem ciuilem plenam producerent, generatim præterea nullam formam sanxerint, pac̄ta certe successoria absque villa solemnitate inita valida censenda vsque eo sunt, quo leges speciales eandem non statuant. Vid. SCHIL-TER Exerc. 8. ib. 40.

§. II.

Parentes pa-
etum succeſ- ceat, ex quibus ei quantumuis efficaciter non acceptanti,
quiſtituum ad- ius quaeritur. l. 26. pr. d. pos. l. 37. §. 3. de leg. 3. l. 3. C. de
in fauorem don. sub mod.; paſta successoria adquisitiua non ſolum eum
liberorum in finem celebrari poſſunt, vt alter pacientium alteri ve-
niare poſſunt, rum etiam vt tertius pacienti succedat. Quare nihil im-
quamuis illi pedit, quo minus parentes paſtum successorium adquisi-
tiſſibil effi- uum ineant, ex quo liberis eorum ius ſuccedendi alteri pa-
caciter acciſcenti naſcitur, quamuis efficaciter nihil acceptauerint.

Non defunt, qui veritatem principii in doctrina vñionis prolium utilissimi, pacto in fauorem tertii inito, tertio non acceptanti insquaeri, ex ipso paſtorum in ſe confideratorum indole concepere tagunt. Conf. S T R Y K V. M. t. de pac̄t. §. 12. Dantor, qui ex natura paſtorum iureque naturae & gentium principium illud derivantes laterem lauare credunt. Vide BEYER diff. de iure ex acceptatione promissi pro altero facta. Sunt qui iuri Romano alii stipulari
— vetan-

De iure testandi vniuersitibus post imitam vniou. &c.

vetandi *ſt. 18. I.* de *inut. ſtipular.* & hodie ſtant, maiorem ſtipula-
tionē hodie paēta vim habere non poſſe cauſam interferentes. In-
ter quos STRYK l. c. adlegat CARPOZOVIVM P. 2, C. 33. def. 25. ſeq.
MEVIO P. 4. D. 112. aliisque vſu fori inuauiſſe principium viuum
eft. Sed a ianua aberrant, qui vni alterine ſic ſentientium DD.
adcedunt. Tota res, opinor, habita pactorum in ſe confiderato-
rum naturae ratione, huc redit: fi quis pacientem alteri promiſit,
ſe tertio aliiquid velle praefare, alterque abſque praeuio mandato
tertii efficaciter acceptauerit promiſſum, certe tertio adhuc dum
nullum ius ex iſta acceptatione queſtitum eſt, ſed alter iſte, qui
acceptauit, ſibi ipſi ius acquiſuit exigendi, vt promittens promiſſum
tertio adimpleat. Tertiū autem iſte vel deinceps promiſſum quo-
que acceptauit, vel non. Si prius vel durante adhuc voluntate pro-
mittentis, ſeu efficaciter acceptauit, vel eadem iamiam mutata.
Efficaciter a tertio facta acceptatione, & tertius & alter pacientium
acceptans iure gaudent promiſſum exigendi, ille quidem, vt ſibi, hic
vt tertio praefetur. Efficaci autem acceptatione tertii non adcedente,
folus alter acceptans promittentem adigit, vt tertio, quod promiſit,
praefet, cuius quoque in arbitrio eſt, vtrum ius ex pacto queſtitum
remittere velit, nec ne. A ſcopo aberrat, multum eſſe hic in ſub-
ducendis horum adſertorum rationibus. Vberius ceterisque longe
ſolidius rem omnem pertractauit WERNHERVS P. 1. obſ. 182. atque
objectiones BEYERI l. c. dilut l. c. Suppl. Quum igitur tertius pro-
miſſum alii factum in eius fauorem efficaciter acceptauerit, neceſſe
eſt, ſi ius ipſi queſtitum; non abs re fane principium noſtrum ex
Iure Romano recentiori hauiſmus.

§. III.

Qui pacta ineunt, iura, quae translata cupiunt, determinent, necesse est. Sed determinant, vel per relationem, vel non: priori casu vel relationem ad ea iura, quae ^{etum successorum} in determinata quadam persona concipiuntur, vel minus. ^{quifitium,} Vtroque casu iura, quae transferenda, possunt esse iura ^{relationum,} hereditaria. Quare pactum successorum adquisitiuum vel ^{atque abso-} ita comparatum, ut iura succedendi determinentur per relationem, vel non. Illo casu pactum successorum ad-

A 3 quis

quisituum *relatiuum* audit, hoc vero *absolutum*. Sed iura haec determinantur vel per relationem ad ea iura succedendi, quae in determinata persona concipiuntur, vel non. Prius pactum successorium acquisituum in specie *relatiuum* dicitur. Ex quo manifestum est, in pacto hoc successorio *relatiuo principium cognoscendi eorum iurium succedendi*, quae in determinato quodam subiecto concipiuntur. Neque si pactum successorium acquisituum in specie tale *absolutum cum liberis a parentibus celebratum*, quin liberi quibus successio simpliciter promissa ob causam ad exhereditationem alioquin sufficientem ab illa excludi nequeant, dubitandum est.

Quae non per se, sed per relationem sicut ad determinatum aliquod subiectum determinantur, iura in arte nostra haud incognita sunt. Exemplum eorundem priuilegium, quod vocant, ad instar heic adduxisse sufficiat.

§. IV.

*Quid vno prolium, succedendi ius tertio quaeratur, ius fasque est (§. 2.) Sed vniuersitate pro-tertius hic vel est priuignus, qui pari cum propria soboprii & non le respectu parentum iure instruitur, vel non. Priori casu pactum eiusmodi *unionis prolium* nomine venit. Ut igitur vno prolium non sit, nisi pactum successorium acquisituum eum in finem initum, vt liberi diuersorum matrimoniorum pari respectu parentum matrimonium ineuntium iure instruantur. Sed iura, in quibus exaequantur, vel non nisi successionem tangunt, vel non. Priori casu *vno prolium in sensu strictiori* dicitur. Liberi, inter quos vno prolium facta, vnit vocantur. Vniti vel ad vniuentem referuntur, a quo procreati sunt, vel non. Priori casu *vniuti proprii*, posteriori vero *non proprii* audiunt.*

Non

De iure testandi vniuersitibus post initam vniōn. &c. 7

Non alienae prorsus a nostro conceptu sunt definitiones, quas DD. acceptas ferimus, quarum aliquas heic in medium proferre licebit. Per ill. ab ICKSTATT. Op. III. de vniōne prolum Franconia statuta-ria c. 1. §. 31. vniōnem prolum explicat per pactum inter parentes binubos de liberis. ex diuerso matrimonio natis aut nascituris utriusque coniugis parificandis initum. STRYKIVS V. M. de adopt. §. 10. definitione vñit, quod sit conuentio parentum de liberis diuersorum matrimoniorum ratione successionis adaequandis, vt tam quoad pa-rem, quam matrem pariter censeantur, ac si ex eodem matrimonio prognati essent. RICKIVS ab ARWEILER tr. de vniōne prol. c. 1. n. 8. verbum inquit, vniōnis capimus, vt sit pactum magistratus autoritate subnixum, quo diuersi matrimonii liberi in hereditatem proximiorum deficiuntur parentum & hi in illorum pariter successioni ab his, quorum interest, declarantur. STRVVIUS Ex. 3. th. 66. vniōnem exponit per actum, quo causa cognita magistratus & eorum, quorum interest, consensu adcedente pater vel mater ad secundas transiens nuptias cum coniuge novo paciscitur de liberis suis ex priori ma-trrimonio procreatis cum possea ex communi matrimonio proporeandis vel etiam cum iis, quos forte itidem ex priori matrimonio alter con-iux suscepit, vniendis ita, vt praesertim quoad successionem omnes aequae, ac si ex se ipso geniti essent, censeantur. SCHAVMBVR-GIO vniōni prolum est pactum successorum acquisitionis solenne, vi cuius parentes cum liberis diuersi matrimonii successionem iuris com-munis communicant. BOEHMERVS in introduct. ad ius D. definit vniōnem per conuentione parentum de priuilegiis cum liberis propri-is prorsus adaequandis. Quibuscum reliquorum explications, quum fere conueniant, est, quod sicco pede eadem lubens praeteream. Id saltim non possum, quin moneam, DD. vulgo duplicum vniōnis pro-lum a nobis distinctum significatum insuper habere, alios non requi-re, nisi successionis: alios autem & reliqua filiorum iura cum pri-uignis communicata. Primus huic pacti mentionem inieccisse videtur GIPHANIVS ICtus Sec. XVI. in Com. ad pr. I. t. de adopt. ubi: alter, inquit, adoptionis modus per matrimonium hodie nostris moribus est usitatus, quo liberi dicuntur dari in Morganaticam sive Margengabam. Nam sepe fit ut instrumento nuptiali pactum inseratur, quo liberi antea suscepti ex altero duntaxat communis fiant & velut adoptentur. Inquit ICtus partim quod adoptionem per matrimonio-um

um in vnione prolium statuerit, quum tamen vnotos *veluti* saltim adoptari ipse confiteatur, partim quod liberos vnotos dari in Morganicam sive M^{er}gengabam nugatus fuerit, ignarus forsitan, quid hoc sibi velit. Id certum est, quod significatus horum terminorum visitatus ab vnione prolium atque adoptionibus nimium quantum adhorreat. Iuri Romano vnionem prolium siuos non debere natales ex iis ex facilⁱ adsequimur, quea in Schol. ad §. 1. notata sunt. Non desunt tamen, quibus contraria sententia adridet. *Vide* SCROETER de pactⁱ successⁱ inter vnit. m. 1. n. 42. Moribus Germanorum autem pactum nostrum conuenire inde in aprico est, quod pacta successoria adquisitia idem illi non damnent. Non est itaque, quod regulis, quas DD. quidam in eo casu sibi formauere, quo in provincia quadam vniuarem quandam prolium initam esse vnuquam, nulla experientia docet, aliquid demus. Variis interim legibus provincialibus, statutisque, ex quibus lus provinciale Würtenbergicum, Ius Franconicum, statuta Francofurtana, Freibergensis, Wormatiensis & constitutionem Moguntinam hec adduxisse sufficiat, vno prolium non modo confirmata est, verum nouam quoque subinde indui formam, quam tamen explicatam dare curae hic cordique mihi non est, oculos non nisi ad ius commune referenti. Quod autem si respicimus, non modo evitanda difficultas obuia subinde in separandis parentum bonis, propter communem eorum vsum aegre distinguendis atque parentum cura hereditatem liberis suis vitrico novercaeque alioquin non successuris propisciendi, verum etiam ansam vniioni dare potuit liberorum prioris thori favor, quibus amores secundarum nuptiarum tantum non semper solent esse perniciosi. *Satis constat*, inquit KVLPISIUS de adopt. & emanc. princ. f. 2. maioris tantum inter coniuges ac ipsis vtriusque matrimonii liberos concordia causa vniuarem prolium fieri. Quum autem vno prolium pacto successorio nitatur, citra pulueris iactum satis quaestioni fieri potest, vtrum vno prolium testamento quoque fieri possit? Certe non inficias eo, testamento recte condito priuigno iura succedendi tribui posse in tantam, immo maiorem partem, quam ex vniione succedere potuisset. Sed quum ad testamentum non pertineat, quod in dispositione ultimae voluntatis nuda non subsistit; eiusmodi priuignorum institutionem, quantumuis mutuam, vniuarem prolium esse nego atque pernego. Neque confirmationis magistratus testamento, aut,

vt

De iure testandi vniuentibus post initam vnionem. Sc. 9

ut cum DD. a nobis dissentientibus loquamur, vnioni in testamento contentae adcedens defectum essentialis cuiusdam vnionis partis supplebit. Quum vno prolium non nisi in exaequa successione liberorum diuersorum matrimoniorum versetur; magno hand opere laboramus in enotandis quaestiunculis, quibus DD. sibi solent placere, nimis vnum pari ratione parentes vniuentes vnitis, vnuisque ex vnitis alteri succedant? Certe quod ad primam adtinet questionem, RICKIVS l. c. c. 6. n. 69. non potuit non eandem adfirmare, quum ipsam vnionis definitionem huic questioni adfirmatae adoptauerit. Veltigiis Rickii inter alios insistit STRYK. tr. de succ. ab int. diff. 8. c. 6. th. 19. ratione motus, quod successionum iura regulariter soleant esse reciproca. Sed a STRYKIO ipse STRYKIVS in V. M. t. de adopt. ff. 14. stablestem fatis percipiens in successione conuentionali istam esse rationem catenus dicens, quatenus expresse aliud cautum non fuerit. Verum enim vero effectum eiusmodi pacti successorii non negauerim, nec quicquam tamen ad vnionem prolium pertinet, praeterquam quod vno huiusmodi pacto ineundo occasio esse possit. Nemo tamen, opinor, tam rufis erit ingenii, vt haec statuent mihi ordinationem Moguntinam obuertat, vnionem prolium etiam ad eiusmodi successionem extendentem. Quamvis autem de reciproca parentum vniutorumque successione tam liberaliter senserit RICKIVS dissentit tamen non vna ex ratione in successione vnitis inter se tribuenda. l. c. c. 7. n. 4 seq. Nec iniuria. Sed neutiquam rem acu tangit BESOLDVS ad ius Württenb. disp. 3. th. 9t. nec pacto expresso fieri posse formans, vt vnti inter se succedant. Quamvis enim non propter vnionem prolium, per se tamen eiusmodi pactum subsistit, neque ex adgnatione, quam noster & recte quidem ex vnione oriundam negat, sed conuentione alter vniutorum alteri succedit. Caeterum multi esse soleant DD. atque operosi in indagandis vocabuli vnionis significatibus. Quamvis autem curatior diuersorum termini cuiusdam sensuum inuestigatio operae aliquin pretium sit; hoc tamen labore heic tanto magis superseedemus, quo certius est, terminum complexum vnionis prolium temere haud quemquam cum reliquis vnionis significatibus confusurum.

IO Dissertatio Juridica

§. V.

Vno proli- Quum igitur in vnione prolium per pactum successo-
um continet rium adquisituum parentum vniuo proprio paria iura
paetum suc- succedendi tribuantur, quae in vno proprio saltim tem-
cessorum ac- pore vnionis prolium celebrare concipiuntur (§. 4.); vni-
quisituum non proprii iura succedendi determinantur per relationem
relatiuum. ad ea iura quae saltim vnionis tempore in vno proprio con-
cipiuntur. Quare vno prolium inuoluit pactum successori-
um adquisituum relatiuum. (§. 3.).

Si igitur propriae soboli iam competere poneres successionem
paetitiam, pasto que successorio inito priuigno ius succedendi tri-
bueretur, vt ab intestato succeditur; licet conuentio eiusmodi pro
inuialda haud censenda sit, vnionis tamen prolium notissimos ter-
minos egreditur.

§. VI.

Ab adoptio- Vnionis prolium indeoles neutiquam ex adoptionis con-
ne ad vnoceptu, quatenus est adoptionis, diiudicanda. Vno prolium
nem prolium est paetum successorum a parentibus matrimonium ineun-
non valet tibus celebratum, nihil tamen minus liberis vnitis non pro-
conclusio. priis ius succedendi tribuens (§. 4.), suumque valorem ad-
ceptum fert validitati paetorum successorum adquisituum.
(Schol. ad cit. §.). Quae quum vel maxime ab
adoptionis conceptu adhorreant (per vulgata iur. princ.):
vnionis prolium indeoles ex adoptionis conceptu, quatenus
est adoptionis diiudicanda non est.

Quum vno prolium nullam inuoluat adoptionem, nubem certe
pro lunone amplectuntur, qui in vniione prolium adoptionem quan-
dam iuris Germanici deprehendere sibi videntur. Vide Schol. ad
§. 4. Argumentum inde ab adoptionis requisitis statim ad vniонem
prolium, ferax tot in hac doctrina eorum, non potest non haberi
proletarium. Reete igitur Perill. ab ICKSTATT Opusc. II. c. 1.
J. 24.

De iure testandi unientibus post initam union. &c. II

§. 24. debilem & imperfectam admodum adoptionis cum unione prolium comparationem esse adserit. Faceant igitur quæstiones: vtrum sexagenarius unionem prolium inire possit, vtrum femina viuire valeat, vtrum inter viatos matrimonium subsistat & sexenta alia. Quum autem ideæ oppositæ de se inuicem tantum negentur secundum totam intentionem collectiue, non vero distributivæ sumtam; in vno altero uunionem prolium cum adoptione conuenire inficias non iuerim. Certe RICKIVS cit. tr. c. g. triginta tres articulos, in quibus conuenientiam, atque quindecim enumerauit, in quibus disconuenientiam deprehendere sibi visus est.

§. VII.

*Vnio prolium subsistit, quantumvis decreto magistra. Ad unionem
tus atque consenſu propinquorum quatenus nullum ius quae prolium non
ſitum ipſis eueritur minuta non fit. Vnio prolium effe requiritur
etum suum valori pactorum successoriorum adquisitiou-
rum acceptum fert (§. 4. & Schol.). Sed valida sunt eius magistratus
modi paœta, licet nulla publica magistratus adcererit ad-
probatio (Schol. ad §. 1.). Quumque vnionis prolium re-
quisita ex adoptionis conceptu, quatenus est adoptionis,
haurienda non sint (§. 6.); vnio prolium etiam absque ma-
gistratus adprobatione valida est. Non igitur opus est, vt
subsistat demum decreto magistratus.*

*Consensu propinquorum aut ideo opus esset, quod
in ipsorum præiudicium vergere possit vnio, aut ut cauſae
vniendorum liberorum eo consultius sit. Sed nullum
adest ius quæſitum, quod inita vniione euerteretur (per
hypoth.). Quam ob rem priori casu consenſu propinquorum
opus non est. Neque posteriori casu conſenſui propinquorum
quidquam dandum est. Legitima enim por-
tio atque ius quæſitum vel liberis faluum est, vel non.
Illo in casu superuacaneus est iste consenſus (§. 4. & Schol.
ad §. 1.): hoc vero nihil operatur.*

Com-

B 2

MV Q



Communior eorum opinio est, qui absque decreto magistratus vniōnem initam omni effectu carere statuunt. Quumque decretum magistratus praeuiam ponat causiae cognitionem, & hac & adcuratiori quidem opus esse indicant. Referunt ideo confirmationem vniōnis prolium ad actus voluntariae iurisdictionis mixtae atque competentem requirunt iudicem, sive domiciliī sive rei sitae. Immo eterque iudex secundum quosdam DD. adeundus est, si personae vtriusque iurisdictioni subsunt. Non desunt tamen, qui & incompetentem iudicem admittunt, absque idonea tamen ratione, si hypothesin admittimus, iudicali opus esse auctoritate caussaeque cognitione. Ipsam caussae cognitionem versari volunt tam circa numerum liberorum vniendorum, quam vtriusque vniensis facultates, vt inde adpareat, vtrum numeros liberorum dispar nimium disperse facultates sint, nec ne. Vide SCHILTERVM Ex. 3. §. 18. Decretum, quod caussae cognitionem excipit, in scripturam redigi necessarium alii videtur, alii saltim expedire. Sed disputant quoque, vtrum in ipso vniōnis actu interponi debeat, an ex intervallo addi possit? Rationes horum omnium, quas in medium proferrunt, partim ex adoptionis natura partim inde peccata, quod magistratus sit videre, ne, si dispar liberorum numerus dispergesque nimium vniuentium facultates, res vniendorum detrimenti quid capiat. Sed falsa est prior ratio (§. praeceps), fatua autem posterior. Aut enim salua remanet legitima portio, iusque quae situm in vado est, aut non: priori casu supervacanea est auctoritas magistratus, posteriori vero nihil operatur. Certe quum salua liberis legitima porione parentes a reliquis bonis eos pro lubitu suo excludere possent quavis alia voluntatis dispositione inconsulto etiam magistratu; optime prospexerunt liberis decretum aliquod magistratus, quo tuti praefarentur. ne saltim exclusio per vniōnem prolium fieret. Consensum propinquorum requirit STRYKIVS V. M. tit. de adopt. §. 10. quoniam in ratione futurae successionis praeiudicium contingere possit. Alii autem necessarium indicant in favorem solius vniendi, vt stipatus sit consensu eorum, qui salutis eius curam haberent. Quum autem in vtrumque finem vniōnem prolium ad consensum propinquorum adstringere sati absurdum; non est, quod multi simus in enodandis questionibus, quo propinquorum consensu opus, vtrum sub propinquis adfines quoque comprehendantur, an iuramento prius adstringi sint &c.

§. VIII.

§. VIII.

*Vnio prolium, saluo vnitis iure, si quod habent, Non opus est
quaesito, valida est, quantumuis vnti in eandem non con- consensu uni-
fenserint. Vnio prolium nititur pacto successorio adquisi- endorum.
tio a parentibus initio (§. 4.). Sed nihil impedit, quo
minus pactum successorium a parentibus ineatur, ex quo
liberis pacienti succedendi ius oritur, quamvis ipsi nihil
acceptauerint (§. 2.). Quare vnio prolium ita celebrari
potest, vt vnitis liberis ius succedendi oriatur, quamvis
ipsi idem illud non acceptauerint. Ponamus opus esse con-
fensu vniendorum, certe requireretur, vel vt ius succeden-
di ex vniione tibi adquirerent, vel ne praetextu praeiudicij
ex eadem in eosdem redundantis vniionem impugnarent.
Priori casu consensus vniendorum foret acceptatio. Sed
oritur ius succedendi absque acceptatione (per demonstr.).
Posteriori vero, quum ius quaesitum saluum (per hyp.),
nullum adest ius quaesitum, propter quod euersum vni-
onem impugnare possint. Neque adeo & hoc in casu opus
est consensu vniendorum. Sed si ex vniione prolium ius
succedendi oritur, valida est vnio, quantumuis vnti in
eandem non consenserint.*

Communis quidem nostrae, fateor, aduersatur opinio, eaque
DD. plerumque sedet animi sententia, quod ad vniionem prolium
indistincte vniendorum consensu opus sit. CARPOV L. 5. Resp. 6.
n. 19. Sed quum in casu, quo vniendi eius aetatis & iudicij non
sint, vt consentire valeant, ipsi de valide inita vniione prolium
non ambigant, BERGER O. I. L. 1. t. 3. §. 4.; omnis eos fugit
ratio, quare in alia omnia abeant, si a facultate consentiendi phy-
sica instructi sunt liberi. Longe absurdior adhuc eorum est opinio,
quibus nec hic adquiescere adridet, sed liberos vniendos esse quo-
que volunt praesentes si in remotis non agunt. Vide SCHROE-
TERI Diff. de pact. succ. inter vnit. m. 3. n 23. 24. Ponamus autem
vniionem prolium vsque eo valere, vt nec ius quaesitum v. c. legi-
time

time portio vnitis propriis in yado sit. Sane si a iure suo, consensum legitime praebendo in vnonem non discesserint, eatenus vnio incita est, quatenus idem illud ius liberorum euerteret.

§. IX.

Neque auctoritate tu- superedere prorsus possint vniuersitatis, si vel maxime con-
torum sentire valeant liberi (§. 8.), tutores vero atque curatores
consensu cu- id expediant, quod impuberum minorumue fuisset, si suæ
ratorum ipsorum directioni pares; neque opus est auctoritate tuto-
rum consensuque curatorum si saluum est vnitis liberis
ius, si quod habent quaesitum.

Quum vniendorum consensum ad validitatem vnonis prolium
communis DD. schola depositeret, non potuit quidem, quin, dum
vniendi impuberes minoresne ad consensum inhabiles, ad auctori-
tatem tutorum consensumque curatorum confugeret. Cf. STRYK
l. c. §. 10, SCHROETER l. c. n. 26.

§. X.

Tam ante, quam post matrimonium vniuentium inita, matrimonio deinceps sequito
quam post matrimonium vniuentium inita, matrimonio deinceps sequito
matrimoni. valida est. Ante quam matrimonium initum, concipi pos-
sum celebra- sunt liberi diuerorum matrimoniorum, qui sibi in succe-
ri potest. Tam ante, quam post matrimonium vniuentium inita, matrimonio deinceps sequito
matrimoni. valida est. Ante quam matrimonium initum, concipi pos-
sum celebra- sunt liberi diuerorum matrimoniorum, qui sibi in succe-
ri potest. Possunt parentes facultate pa-
ciscendi non destituti eum in finem pactum inter se celebra-
re successorium adquisitium. Quum autem matrimonium
requiratur, ut vnio prolium effectus suos nanciscatur;
ante matrimonium vnio prolium non nisi sub conditione
celebrata concipitur, quae deinceps quum matrimonium se-
quutum sit (per hypoth.), existit. Quare quum nihil ob-
sist,

sit, quo minus sub conditione vnio prolium celebretur, & ante initum matrimonium in ita vnio prolium valet. Postquam autem matrimonium initum est, cogitari possunt liberi diuersorum matrimoniorum, siue ex diuersis iam dum adfint, siue ex uno adfint, ex altero autem adhuc sperentur, in successione intuitu parentum exaequandi. Nihilque impedit, quo minus parentes facultate paciscendi non destituti eum in finem pactum celebrant successorum adquisituum. Quare quum eiusmodi pactum vnio prolium sit, vnio prolium & post initum matrimonium valide celebrari potest.

Monent hic item DD. quam secundum eos dedimus, qui ad nullum temporis momentum vniuem prolium adstringunt. Conf. STRYK de S. A. I. diff. 8. c 6. t. 4. quamvis non desint statuta, quae vniuem prolium post consummatum matrimonium ineundum ventant. Vide Reform. Frankfurt. p. 3. t. 10. §. 2.

§. XI.

*Vnio prolium de iis bonis ineunda est, quae liberae De iis bonis
quoad transmissionem in successores vniuentium dispositioni celebrari de-
sub sunt. Vnio prolium inuoluit pactum successorum ad bet, quae li-
quisituum (§. 4.). Sed in pacto hoc successorio de trans- berae dispo-
mittendis bonis in successores iuxta voluntatem promitten sitioni, sub-
tis agitur (§. 1.). Quumque nullum pactum effectu non
destitutum inire liceat, nisi de obiecto de quo etiam intuitu iuris,
quod in alterum transferunt liberae possunt disponere (per vulg. pr. iur.). Vnio prolium de iis tantum bonis
ineunda, quae liberae quoad transmissionem in successores vniuentium dispositioni sub sunt.*

§. XII.

Quum igitur fideicomissa, feuda antiqua, maiora- Non de fi-
tus &c. liberae quoad transmissionem in successores dili o-deicmissis,
sitio feudis §c.

sitioni possessoris non subsint; nec *vnio prolium quoad eiusmodi possessiones inita effectu gaudet.*

Vnionem prōlium ea non adficere bona palam est, quae parens ad secunda vota transiens quoad proprietatem amisit, retinuit quo- ad vsumfructum.

§. XIII.

Cum quibus liberis propriis omnibus, quibus ius aliquod parentibus prō-rentibus succedendi quod omnem tamen liberam parentum prōlium de bonis quoad transmissionem in successores dispositionem ri possit go. non aufert, vniuersitate possunt quilibet liberi hereditatis adquireratim. *Cum liberis propriis omnibus, quibus ius aliquod parentibus libera de bonis quoad transmissionem in successores disponendi facultas super est, cogitari potest pactum successorium, quod inire possent (§. 1. & 11.). Si liberi non proprii adquirendae hereditatis modo capaces, pactum illud successorum potest esse adquisituum, ex quo liberis non propriis ius aliquod succedendi adquiritur (§. 2.). Si liberis propriis parentibus succedendi ius aliquod competit, iura quoque liberis non propriis tributa determinari possunt per relationem ad iura propriis competentia (§. 3.). Sed vera sunt antecedentia (per hypoth.), pactumque, quod obseruatur, est successorum adquisituum matrimonium ineuntium, quo liberis non propriis iura tribuuntur per relationem ad iura parentibus succedendi propriis competencia. Sed pactum hoc est *vnio prōlium* (§. 4. 5.). Cum liberis ergo propriis omnibus, quibus ius aliquod parentibus succedendi, quod omnem tamen dispositionem parentibus non aufert, vniuersitate possunt quilibet liberi hereditatis adspirendae capaces.*

Liberos vniuersos eorum esse debere parentum, inter quos matrimonio locus esse potest, vel me non monente intelligeret quisque.

§. XIV.

§. XIV.

Quum itaque liberi proprii legitime nati qua tales *speciatim*. iure ad sc̄endentē tam paterno, quam materno succedendi gaudeant, quod omnem dispositionem parentum quoad transmissionem in successores liberam non excludit: *Cum liberis propriis legitime natis qua talibus a patre tam, quam a matre, quilibet liberi non proprii hereditatis modo adquirendae capaces vñiri possunt.* Idem quoque dicendum de liberis propriis naturalibus qua talibus ratione matris indistincte, ratione patris vero nec vxorem legitimam, nec liberos legitimos relinquens: item de liberis illegitimis qua talibus ex damnato coitu non natis respectu matris non illustris liberos legitimos habentis. §. 3. I. 1. 5. C. ad Sct. Or. N. 89. c. 12. N. 18. c. 1. Quumque vno prolium inuoluat pactum successorum relatiuum (§. 5.): Si nulla præter dispositione parentum proprii liberi iura succedendi acquisuerunt, non nisi cum legitimis tam a patre quam a matre, illegitimis vero naturalibus indistincte a matre, a patre vero nec liberos legitimos nec uxorem legitimam relinquens; spuriis autem a matre non illustri liberos legitimos habenti vñiri possunt liberi non proprii (§. 3.).

Confer sis diff. Praef. de effectu quarelae inofficiose testamenti iuxta ordinem edicti successorii instituta intuitu non querentis §. 4.

§. XV.

Si vno prolium celebrata, casu successionis existente, In successio ea ratione vñitus non proprius vñienti non proprio iure suc- ne vñiti non cedit, qua successio ab vñientibus determinata. Vno proli proprii vi- um pactum successorium acquisituum inuoluuit (§. 4.). Sed dendum, successio ex pacto successorio resultans ea ratione, casu ex quid intersidente, ei competit, cui ius succedendi acquisitum, qua a pacientibus determinata (§. 1.). Quum igitur is, cui ius succ-

C

succe-

succedendi adquisitum, in vnione prolium sit vnitus non proprius (§. 4.): casu successionis existente vnitus non proprius ea ratione vniuenti non proprio iure succedit, qua successio ab vniuentibus determinata.

Si quae in pacto contingenter adsunt liberae pacientium dispositioni subesse, indeque ex inito pacto diiudicanda esse, certum est, vtii est, non erit fane, quod de veritate asserti dubitemus, quam determinatus modus, quo succedat vnitus non proprius, nimium quantum differat.

§. XVI.

Divisio vni- Quum igitur vno prolium inuoluat pactum successio-
onis prolium rium relatiuum (§. 5.); principium cognoscendi iurium vni-
 to non proprio competentium hauriendum est ex iuribus
 succedendi, quae in vnto proprio concipiuntur (§. 3.). Sed successio vnti proprii vel vniuersa consideratur, vt
 perinde sit, quo iure (ab intestato, testamento, pacto) de-
 feratur, dum ex omni capite deferri possit, vel non. Priori
 casu vno prolium *vniuersalis*, posteriori vero *particularis* audit. Si igitur vnto proprio successio pacta sipli-
 citer iamiam debetur; *vnionem prolium vniuersalem exsu-*
lem esse haud difficulter intelligitur. Si vno prolium cele-
 brata, adsint liberi vnti non proprii necesse est (§. 4.). Sed
 vel vtriusque vniuentis liberi non proprii iure succedendi
 instruuntur, vel non. Priori casu vno prolium *re-*
ciproca, posteriori vero *non reciproca* dicitur. Prout au-
 tem vno prolium vel effectu non destituitur, etiamsi vnius
 saltim vniuentium liberi deinceps actu succedere possint (quo-
 niam aut secundae nuptiae improles, aut vnti praemortui),
 vel minus: vno prolium vel non *simultanea*, vel *simulta-*
nea est. Nec absolum est vunionem diuidere in *totalem*,
 atque *partialem*, illamque, quae omnia vniuentis non pro-
 prii

prii bona, hancque, quae quaedam saltim adficit, expli-
catam dare.

Vitio forsan nobis dabitur, quod terminis vni fuerimus, quos ver-
satissimum in arte nostra se ignorare fateretur cum ignarissimis. Sed
quum nobis, quantum scimus, nemo distinctius, quod praefiscine di-
xerimus, hanc rem pertransitarit, culpa certe vacamus terminos iuxta
logices praecepta cudentes, quos eusos iam non reperimus. Quam-
uis autem DD. solemnis non sit diuissio vnionis prolium in vniuersa-
lem & particularem non abhorret tamen a notionibus, quas sibi de
vniione prolium formauere. Sed obsunt divisioni, quae **H V B E R V S**
Prael. ad l. de succ. ab intest. n. 19. tradit, eum saltim secundum Ius
Friseum vniioni prolium effectum statuens, vt vnti non proprii quasi
tantum ab intestato veluti liberi succedant. Vniouem prolium non
reciprocam, quam tamen vniouem prolium improprie talem atque
aliquid vniioni saltim adfinc nominare supersedere potuisset, in loco
GIPHANII cit. in Sch. ad §. 4. sibi deprehendere vifus est **T H O M A-**
S I V S diff. de adopt. c. 2. §. 6. Duplici ratione mentem **GIPHANII**
extricare admittitur 1) voculam *duntaxat* referendo ad verbum *com-*
munes, vt sensus sit, in vniione prolium non agi de patria potestate
adquirenda, sed *duntaxat* de communione ratione successionis: 2) istud
duntaxat ad verba *praecedentia suscepiti ex altero* referendo, cuius
tum sensus: adiici quandoque matrimonio eiusmodi pactum, vt non
ab vtraque parte liberi mutuo admittantur ad successionem. Quem
ultimo explicationem vniouem non reciprocam eruere, nemo, nisi
talpa coecior, non videt. Sed quam dormitat hic bonus noster Ho-
merus! Potius si quid video, planissima **GIPHANII** mens sequens
est: *saepe fit, vt instrumento nuptiali pactum inseratur quo liberi*
antea (antequam pacientes matrimonium inierunt) suscepiti ex altero
duntaxat (*ex priori coniuge, non vero praesenti, quo cum ad secun-*
da vota transit, i.e. liberi non proprii seu priuigni) communes fiant
(*vniuantur*). Certe omnis **GIPHANIVM** fugeret ratio, sicum **T H O-**
M A S I O eum interpretetur, quare vniouem prolium in genere com-
probaturus, pactunque, quod saepius obviuim, adducturus, in spe-
ciem quandam vniouem prolium rariorem forsan & minus frequenter
dileapsus fuerit. Lis quoque est inter DD. vtrum viuo prolium sub-
sistat, nec ne, si ex inito matrimonio nulli nati fuerint liberi, aut
nati

nati quidem, attamen praemortui sint. Priori in casu, si adsint ex prioribus coniugis ex vtraque parte liberi, facilius successionem admittunt. Vide ZEPPER. *Diss. iur. t. 2. n. 77.* Sin defunt, vniōnem prolium extinctam statuunt BOGER. *Cl. 1. diff. 12. tb. 16.* RE-
SOLD. *diff. 3. ad I. P. W. tb. 89.* adhuc validam autem existimat STRYK de S. A. I. *diff. 8. c. 6. §. 6.* Posteriori vero casu vniōnem exspirare vult ZEPPER. I.c. subsistere autem RICK. *I. c. c. 7. n. 73.* Quum autem videndum sit, quid actum inter partes, non immerto-
to vniōnem prolium in simultaneam & non simultaneam dispeſimus.
Interim vno prolium non simultanea exſulat secundum Ref. *Iran-
cofurt. p. 3. t. vlt. §. 18.* Sed statutum, quo obtinet, Friburgen-
ſe adlegat RICKIYS *I.c.*

§. XVII.

*Unito non vniōnem prolium vniuersalis celebrata, atque unitus proprio in proprio absque dispositione ultimae voluntatis ante vniō-
vniōne vniōnem a proprio parente facta consideratus e naturalium ratio-
uersali sem-ne patris numero non est; vniōt non proprio aliqua ſemper
per ſuccēſſo competit ſuccēſſio, a qua ab vniōnte ſine iusta cauſa excludi
quaedam nequit.* Inter proprios per vniōnem vniuersalem vnitos li-
competit, ^aliberos numerari non poſſunt, niſi legitimi nati, naturales in-
qua ſine iusta distinēte ratione matris, ratione patris vero nec liberos legi-
timos nec vxorem legitimam relinquentis, ſpurii autem in-
tuitu matris non illuſtris liberos legitimos habentis (§. 14.).
Sed vnitis hic liberis propriis ius ſaltim competit exigendae
a parente proprio legitimae portionis, si a naturalibus ratio-
ne patris diſceſſeris, vide *Diss. Praefidis* ſupra cit. §. 3 ſeq.
adeoque alicuius ſuccēſſionis, a qua ſine iusta cauſa ex-
cludi non poſſunt. cit. *diff. §. 1.* Verum enim vero princi-
pium iuriū ſuccēſſendi vniōt non proprio competentium
hauriendum ex iuribus, quae in vniōt proprio concipiuntur (§. 3. 5.), vniōnisque prolium vniuersalis ea natura eſt,
vt perinde ſit, ex quo fonte ſuccēſſio in propriū vniōt
deriuetur (§. 16.), ita tamen, vt ius ſemel quaeſitum ex ſu-
per-

peruenienti quadam vniuentis dispositione augeri quidem, ne r̄iquam vero, inuito vniōto minui possit. Quare vniōnem prolium vniuersalem data sub hypothesi ira esse comparatam, vt vniōto non proprio semper aliqua iure competit successio, a qua ab vniēnte sine iusta cauila excludi non potest, prōno alueo sequitur.

§. XVIII.

Si vniōn prolium vniuersalis inita, vel dispositio quae^{Varii casus.} dam post initam vniōnem a parente proprio intuitu vniōti proprii facta, vel non. Si prius, vel dispositio pactum successorium adquisitiuum in specie tale inuoluit, vel non. Sin posterius, vel vniōti propriis legitimae portionis ab vniēnte proprio exigendae iure instructus, vel non. Sin particularis vniōn prolium celebrata, vel ea successio in centum venit, quae vniōto proprio absque omni dispositio parentis competit, vel non. Posteriori in casu vel est dispositio vltimae voluntatis nuda, vel non.

§. XIX.

Si, vniōne prolium vniuersali celebrata, dispositio quae^{Quodnam} dam intuitu vniōti proprii ab vniēnte proprio pactum successus vniōforium adquisitiuum in specie tale absolutum inuoluenſ adest non proprio ius succedendi vniōto non proprio ita quiescitum est, vt ne ob c mpetat in cauſam quandam ad exhereditationem alioquin sufficientem vniōne vniuersali, si excludi possit. Ponas cum vniōto proprio ab vniēnte pa pactum successorum adquisitiuum in specie tale absolutum cefforium adlebratum, certe ipsi ius succedendi adquisitiuum est, vt ne ob cauſam ad exhereditationem alioquin sufficientem a luc in specie ta cessione pactitia excludi possit (§. 3.). Sed inita vniōne pro le adest. lium vniuersali vniōtus non proprius vniēnti ita succedendi iure gaudet, vti proprius ei, siue ex pacto successorio adquisitiuo, siue ex alio capite succedendi ius habet (§. 16.).

C 3

Sed

Sed adest dispositio quaedam intuitu vnti proprii paetum successorum adquisiticium absolutum in specie tale inuoluens (per hypoth.). Quin igitur, si, inita vniione prolium vniuersali, dispositio quaedam intuitu vnti proprii facta paetum successorum adquisiticium in specie tale absolutum inuoluens adestr, ius succedendi vnto non proprio ita quaeſitum sit, vt ne ob cauſam quandam ad exhereditationem alioquin ſufficientem excludi poſſit, dubitandum non eſt.

Paetum iſtud successorum cum vnto proprio celebratum eate-
nus ſaltim eſſetu non deſtitui, quatenus pari modo ſuccedendi ius
vnto non proprio in vado eſt, aequum quemlibet rerum arbitrum
non fugit.

§. XX.

Quid, si dispositio vlti- prii ab vniiente proprio dispositio quaedam vltimae voluntatis, ex qua ſuccedat, facta, vnitus non proprius, quatenus ius ſuccedendi, ſi quod eſt, quaeſitum diſpoſitione iſta facta, obtineatur, reuocabili iure ſuccedendi gaudet. Si dispositio quaedam vltimae voluntatis, ex qua ſuccedat vnitus proprius, facta, ius ſuccedendi iſpi inde oritur, quod, dum voluntas hominum ambulatoria vſque ad mortem, reuocabile eſt. Sed inita vniione prolium vniuersali vnitus non proprius vniiente non proprio ita ſuccedendi iure gaudet, vt proprius, ſiue ex diſpoſitione vltimae voluntatis, ſiue ex alio capite ſuccedendi ius hauriat (§. 17.). Verum enim vero adeſt dispositio quaedam vltimae voluntatis, ex qua ſuccedat vnitus proprius (per hypoth.), adeoque vnitus non proprius reuocabile ius ſuccedendi habet, quatenus ius ſuccedendi, ſi quod eſt, quaeſitum diſpoſitione iſta au- etum (§. 17.).

§. XXI.

§. XXI.

Si vnio prolium vniuersalis inita, nullaque dispositio Quid obti-
ab vniente, neque intuitu vnitii proprii, neque intuitu vni nat. si nulla
ti non proprii facta, vniuo non proprio competit ius suce dispositio fa-
dendi, vti ab intestato liberi succedunt. Si nulla dispositio ita ab vniuen-
tuitu vnitii proprii ab vniente proprio facta, neque testa te neque in-
mentaria neque pacticia successio obtinet, adeoque vnitius ^{tuitu} vnitii proprii no-
proprius, quum e liberorum numero sit (§. 4.), vniuenti proprii no-
proprio ab intestato succedendi iure gaudet. Sed inita que non pro-
prii.
vnione prolium vniuersali vnitus non proprius vniuenti non
proprio iure ita succedendi instructus est, vti proprius,
sive ab intestato, sive ex alio fundamento succedendi ius
habet (§. 17.). Verum vnitus proprius data sub hypoth-
esi ab intestato vt descendens succedit (per demonstrat.),
nullaque intuitu non proprii obvia est dispositio vniuentis
(per hypoth.). Vt igitur, si vnio prolium vniuersalis ini-
ta, nullaque dispositio adest, tam intuitu vnitii proprii,
quam non proprii, non proprius succedat, vti liberi ab
intestato succedunt, consequitur.

§. XXII.

Ponas igitur vniuo proprio ius competere a parente Quid sit le-
proprio legitimam portionem exigendi; vnitus certe non gitima con-
proprius hereditatis portionem exigendi iure gaudet, per uentionalis.
inde ac si legitima esset portio. Quum autem ea heredi-
tatis portio, quae ex pacto alicui perinde debetur, ac si
esset ipsa legitima portio, legitimae portionis conuentiona-
lis nomine veniat; vniuo non proprio data sub hypothesi le-
gitima portio conuentionalis competit.

Eandem legitimam portionem vniuo non proprio tribuit STRY-
KIVS V. M. t. de adopt. §. 13. in fin. vbi: Aliud ergo foret, si li-
beri tantum vnitii & de bonis nihil dispuatum, ita enim hoc tantum
obti-

obtinuerunt, ut aequalem succedendi spem habeant, salua tamen testamenti factio ne usque ad legitimam. Quum autem vnito proprio, qui e naturalium liberorum numero est, intuitu patris nulla legitima portio competit, neque vnito non proprio, qui cum naturali filio exaequatus, legitima portio conventionalis debetur.

§. XXIII.

Quid in Si vnio prolium particularis celebrata, talisque successione proli-cessio vnito non proprio tributa, qualis vnito proprio ab in-um particu testato debetur, nulla intuitu vni torum facta dispositione vni- lari obtineat *tus non proprius succedit, ut liberi ab intestato succedunt.* Vnitus proprius, si nulla dispositio ab vniente proprio fa-cta, ei ab intestato succedendi iure gaudet. Sed vnitus non proprius in vnione prolium particulari quoad successionem in pacto vnionis determinatam pari iure instructus est cum vnito proprio (§. 5. 6.). Verum in vnione prolium determinata est successio ab intestato nullaque intuitu vni torum obvia est dispositio (per hyp.). Si igitur in vnione prolium particulari ea successio vnito non proprio tributa, quae vnito proprio ab intestato debetur, nulla intuitu vni torum facta dispositione, vnitus non proprius succedit, vt liberi ab intestato succedunt.

§. XXIV.

*Continua-
turus.* Ponas igitur vnito proprio ius esse exigendae legitimae portionis: *vnius non proprius in vnione prolium particu- lari legitima portione conventionali instructus est* (§. 22.).

§. XXV.

Quando in Si vnio prolium particularis celebrata, talisque suc- vniione pro-cessio vnito non proprio tributa, qualis vnito proprio ex pa- lium parti-cto successorio absoluto in specie tali promissa; *ius suc- culari vni- dendi vnito non proprio ita quaeritur, ut ne ob causam ad*

ad exheredationem alioquin sufficientem excludi possit. Si *tus prorsus* vniito proprio ex pacto successorio adquisitiuo ab soluto in *excludi non* specie tali successorio debetur, vnitus proprius ne ob caus. possit? Nam ad exheredationem alioquin sufficientem excludi potest (§. 3.). Sed vnitus non proprius in vniione prolium particulari quoad successionem in pacto vnionis in specie determinatam pari iure instructus est cum vniito proprio (§. 4. 5. 6.). Verum in vniione prolium determinata est successorio, qualis ex pacto successorio adquisitiuo in specie tali vniito proprio deberur (per hyp.). Quare si vnio prolium particularis celebrata data sub hypothesi vniito non proprio ius succedendi ita adquiritur, vt ne ob caussam ad exheredationem alioquin sufficientem excludi possit.

Quum iura vniito non proprio competentia, si ea ipsi in vniione particulari tributa sunt iura, quae ex testamento vnitus proprius habet, nemini non sunt perspecta; disquirenda superest facultas testandi disponendique vniuenti non proprio, non obstante vniione, competens.

§. XXVI.

Varii autem, si de iure disponendi de bonis vniuenti *Varii casus*. non proprio competente quaeritur, distinguendi sunt casus: Vnio prolium vel totalis est, vel partialis. Si totalis, vel ius disponendi inter viuos consideratur, vel per ultimam voluntatem. Priori casu vel vniito non proprio ius succedendi competit, vti ex pacto successorio adquisitiuo in specie tali succeditur, vel non. Posteriori vero vel vniito non proprio ius succedendi competit, vti ex pacto successorio adquisitiuo in specie tali succeditur, vel non. Ultimo hoc casu vel vnitus non proprius ingratatus est, vel non.

D

§. XXVII.

§. XXVII.

Quomodo Si vno prolium facta, atque vniuo non proprio ius inter viuos succedendi competit, ut ex pacto successorio adquisitiuo in disponere specie tali succeditur; vniens non proprius 1) fructus qui potest vni dem ad dies vitae ex bonis suis, quae vno adficit, iure percipit 2) ne consumitque sed nulla absque necessitate alienatio bonorum procedit, 2) omni autem iure per ultimam voluntatem de iisdem bonis disponendi adeoque testandi deſtituitur. Si pactum successorium adquisitiuum in specie tale celebratum, ei, cui succeditur, ad dies vitae fructus ex bonis, quae pactum hoc adficit, percipiendi consumendique iure gaudet, neutiquam vero praeter necessitatem alienandi (§. 1.). Sed vnitus non proprius iure succedendi instructus, vt ex pacto successorio adquisitiuo in specie tali succeditur (per hypoth.). Quam ob rem vniens non proprius data sub hypothesi fructus ex bonis, quae vno adficit, iure percipit atque consumit, neutiquam vero praeter necessitatem alienat. Q. e. Imum.

Si pactum successorium adquisitiuum in specie tale celebratum, ei, cui succedi debet, per ultimam voluntatem de bonis suis, quae pactum adficit, disponere amplius non licet, neque adeo testari (per vulg. iur. pr.). Sed vnitus non proprius succedendi iure gaudet, vt ex pacto successorio in specie tali succeditur (per hyp.). Manifesta igitur est secunda theorematis pars.

§. XXVIII.

Applicatur Fac igitur, vniōnem prolium totalem esse celebratam, ad vniōnem data quoque sub hypothēsi ex omnibus bonis fructus iure vniuersalem suo percipit atque consumit, neutiquam vero bona sua praeter particuler necessitatem alienat (17.). Pone vniōnem partialem: alienatio bonorum praeter necessitatem ab vniante non facien-

De iure testandi vniuentibus post initam union. &c. 27

cienda ad ea saltim bona restringenda est, quae unio prolium partialis adscit (§. cit.).

Quandonam igitur adserta locum sibi in unione vniuersali aut particulari vindicent, proclive iudicatu est ex §. 19. 25.

§. XXIX.

Si unio prolium etiam totalis inita, vnitus autem non. Adfirmatur proprius non succedit, vti ex pacto successorio ultimae voluntatis dispositionem non complectente succeditur; vniuent non proprio ius est inter viuos libere de bonis disponendi alienandique, dumne alienatio fuerit inofficiofa. Si unio prolium celebrata, atque vnitus non proprius succedit, vti ex pacto successorio ultimae voluntatis dispositionem non involueri succeditur, ius succedendi vniito non proprio competens, non nisi ex principiis successionis intestatae, aut dispositionis ultimae voluntatis, successionis testamentariae aestimandum est. Sed neutra successio facultatem libere de bonis disponendi alienandique, quoad alienatio inofficiofa non est, ei, in cuius bona succedendum, admitt (per vulg. iur. pr.) Sed vniens non proprius est is in unione prolium, cui vnitus non proprius succedit (§. 4.), eique tantum non semper legitima portio conuentionalis debetur (§. 22. 24.). Data igitur sub hypothesi vniuenti non proprio ius est inter viuos libere de bonis disponendi alienandique, dumne alienatio fuerit inofficiofa.

§. XXX.

Si igitur unio prolium vniuersalis celebrata, nullaque quaedam dispositio vniuentis adsit, vniuenti non proprio integrum est, vniuersaliter ex libere inter viuos de bonis disponendi, alienandique, usque antecedentidum alienatio non inofficiofa sit (§. 21.). Idem quoque ob. bus ss. tinet in unione prolium vniuersali, si dispositio quaedam ultimae

timae voluntatis intuitu vniuti proprii valida adsit (§. 20.); nec non in vnione particulari, talisque successio vniuto non proprio tributa, qualis proprio ab intestato competit (§. 23.).

Dissonae in hoc argumento DD. deprehenduntur visiones. Erroris quosdam DD. alienationem omnem etiam ex necessitate urgentे suscepimus censentes prohibitam arguit RICKIUS tr. cit. c. 8. n. 7. 20. Ipse tamen ad necessitatē casum hanc vniuentium alienandi protestat adstringit. Nec defuere, qui hac in re ipsum adsecesserint. Sed huic rei nos nulla incedit admiratio. Quem enim fugit, DD. ius ex vnione prolium vniuto oriundum non fecus aestimare; ac si ex pacto successorio acquisitivo in specie tali, ex quo simpliciter successorio debetur, oriundum esset, proinde adiectionem propositioni in §. 27. obuiac additum non habere, nisi declarantem. Quacunam autem alienatio habenda sit inofficio, ideoque querela inofficiose alienationis rescindenda, heic disquirere nihil adinet. Vide autem THOMASII diff. de legitima viuentis.

§. XXXI.

*Quid in vni-
one totali ob-
tineat?* Si vniō totalis inita atque vniō non proprio ius suc-
cedendi competit, uti ex pacto successorio acquisitivo in spe-
cie tali vnitus proprius succedit; vniens non proprius iure
cum effectu testandi caret. Sin successorio vniuti non proprii
opposita se habet ratione; ius testandi integrum est vnienti
non proprio. Si vniuto proprio ex pacto successorio adqui-
sitivo in specie tali ius succedendi quaesitum est, vnitus non
proprius a successione sua in bona, quae vniō adficit, ne
ob causam ad exheredationem alioquin sufficientem ex-
cludi potest (§. 19. 25.). Ponamus testamentum ab vni-
ente condi, tum vnitus non proprius aut institueretur, aut
excluderetur. Sicuti prior actus est frustraneus, ita poste-
rior nullus. Sed vniō totalis omnia vniuentis adficit bona
(§. 17.). Quare si vniō totalis inita, data sub hypothesi
vniens non proprius iure cum effectu testandi destituitur.
Q. e. Imum.

Si

Si vnius non proprius iure succedendi non gaudet, vti proprius vnius ex pacto successorio adquisitio in specie tali succedit, successio in bona, quae vno adficit, aestimanda est, aut ex principiis successionis intestatae, aut successionis per ultimae voluntatis dispositionem determinatae. Sed neutrius successionis principia ius cum effectu testandi ei admittunt, cui defuncto succedendum est. Quare nec vno prolium data sub hypothesi in bonis, quae adficit, vniens non proprio prohibet, quo minus testetur (§. 4.). Sed vno totalis omnia bona adficit (§. 17.). Quare sub hypothesi theor. ius cum effectu testandi vniens non proprio integrum est. Q. e. Idem.

Quum vno partialis quedam vniensis bona saltim adficit, in bonis quorum intuitu vno prolium celebrata non est, neutquam potestas parentum quavis ratione disponendi per unionem restricta est. In reliquis autem idem, quod demonstratum dedimus, obtinere ex facili perspicit, cui non fungus pro cerebro est. Maxima autem inter DD. de quaestione, vtrum ius testandi per unionem prolium parentibus admittuntur existant sententiarum diuertia. Dantur, qui ablatum existimat testamenti condendi arbitrium. Conf. M V S C V L. de succ. conu. m. 3. n. 155. RICK. tr. cit. c. 3. 18. Secundum quos III. A LEYSER VS Sp. 20. m. 7. item dare nullus dubitauit. Ratione vntuntur, quod ius vnius ex unione quesitum ultima parentum voluntate adimi non posse tralatitium sit, sed sublesta admodum quoad hanc quaestionem. Sumunt quippe in omni vniione prolium ius ita esse vnius quesitum, vt ne a minima quidem parte excludi possint, non vero probant. Sunt, qui, dum vitia vitant, in contraria riunt, nullamque admittant testandi facultatem autemant. Conf. FICHAUD. Vol. I. Conf. 7. n. 7. Ad sequentem distinctionem res redire videtur FRANTZKIO L. 2. Ref. vlt.: Parentes aut simpli citer de bonis suis, aut de vniione ipsa disponunt. Posteriori casu potestatem testandi negat, priori vero distinguit; aut magna inae qualias per testamentum inducta est, aut non. Hocque demum casu validum existimat testamentum. Sicuti autem a tota non aberrat via FRANTZKIVS, ius per ultimam voluntatem de ipsa vniione

disponendi in dubium vocans; ita sequenti distinctioni nihil pondere inest. Non defunt denique, qui cum STRYKIO V. M. tit. de adopt. §. 15 rationes sic subducunt: Aut vno prolium quoad omnia bona indistincte facta, aut de bonis nihil dispositum est. Priori casu testamenti condendi facultatem superesse negant, quantumvis laefio legitimae portionis cesset, ius, quoad ex pacto, habent liberi, arbitrio alterius non subiacere prætexentes. Posteriori vero saluam testandi facultatem relinquunt. Sed non tam posteriori in casu, quam priori eos a janua aberrare, ex antecedentibus manifestissimum est.

§. XXXII.

Vnitus non proprius ma portio conuentionalis { (§. 22. 24.) ; testandique facultas querelam in tantum non semper vniuersi integra sit (§. praec.) ; concipi officiosi instituere potest vnitorum non propriorum exheredatio quaedam, quamvis impropria talis, ex iisdem regulis diiudicanda, quibus exheredatio intuitu vnti proprii aestimatur (§. 5.) Quare exheredatio haec vel rite facta, vel non. Priori casu vel rite, at inique, vel iuste facta. Testamentum igitur veluti inofficium concipi datur, quo vnitus non proprius rite quidem, at inique exheredatus est. Non absurdum ergo est querelam testamenti huius veluti inofficiorum ab vnto non proprio rite quidem, sed inique excluso iustituendam admittere. Confer diff. PRAES. supra cit. §. 18. seq.

Contentionis serra inter DD. reciprocatur, vtrum vnitus non proprius propter ingratitudinem N. 115. c. 3. notatam exheredari possit? Adfiram quidem RICK. l. c. c. 10. n. 40. & STRYK. de S. A. I. diff. 8. c. 6. tb. 28. Sed quamvis iure nos desitui STRYKIVS in V. M. t. de adopt. §. 16. fateatur, quem testamenti factionem, si vno quoad vniuersa bona inita sit, reiecerit, ex aequitate tamen defendit, fore, vt magistratus iniuriam passio parenti succurrat. Quæ si ad principia, quæ euoluta dedimus, tanquam ad Lydium lapidem exigimus, ratio in promtu est, quare aliter rationes subduxerimus.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Sed rarius in praxi occurrere vniōnem prolium ad-*Cur vniōnem
seuerat STRYKIVS V. M. t. de adopt. §. 9. ipsique intrarius existat?*
annos ex variarum Germaniae prouinciarum actis Facul-
tati oblati nunquam vniōnis prolium casum obseruare li-
cuisse, quum tamē bina vice adoptionum casus fuerint
oblati. Et quamvis Perill. ab ICKSTATT loc. cit. §. 29.
in ducatu Franconiae & adiacentibus prouinciis paetā vniō-
nis prolium frequentissima testetur, calculum tamen S TRY-
KIO quoad terras Saxonicas & Germaniae inferioris ad-
dit. Sed THOMASIVS cit. diff. c. 2. §. 6. non tantum in
Germania inferiori, verum etiam superiori, non obstan-
tibus variis ipsis ordinationibus atque statutis, vniōnem pro-
lium in viridi obseruantia esse negat. Sed tam raram auem
in his terris esse vniōnem prolium non est, quod miremur.
Ex communi enim Doctorum sententia 1) vnio prolium
non valet, nisi consensus ipsorum vniendorum adcesserit.
Verum quum spes successionis, quamvis legitima portio
salua, vniōto proprio tantum non semper imminuat,
aegre in vniōnem prolium consensum suum dabit. 2) Con-
sensu non subsistere tradunt. Sed non desunt rationes,
propter quas & sibi & vnitis vniōne prolium parum pro-
spectum putent, adeoque dissentiant. 3) Decretum ma-
gistratus, absque quo vniōnem non subsistere tradunt,
difficilius redditur propter momenta, ad quae cauſa co-
gnitionem dirigi volunt. Confer Schol. ad §. 7. Quum
4) vniōnem prolium dispositionem parentum tam inter vi-
uos, quam mortis cauſa excludere aut saltim admo-
dum reſtringere perhibeant, vix est, quod vnio prolium,
res parum parentibus proficia, adridere iis potuerit. Ea-
dem vniōnis prolium impedimenta adducit THOMASIVS
loc. cit. §. 6. n. f. Verum enim vero remotum est omne,
quicquid impedimentorum adſuit. Sic 1) non opus est
con-

32 *Diff. Jurid. De iure testandi vniens. post init. &c.*

consensu vniendorum (§. 8.): 2) consensu propinquorum supersedemus (§. 7.): 3) decretum Magistratus non curamus (§. cit.): 4) non omnis ynio prolium facultatem tam inter viuos, quam mortis caussa disponendi exhereditandique adimit (§. 28. 30. seq.). Quumque quod reliquum est, rationes, quas ansam vniioni prolium incundae dedisse in Schol. ad §. 4. monuimus, etiamnum vniōnem prolium vel maxime suadeant; caussas, proper quas ynio prolium non vbique frequens, sublatas esse certo confidimus.




ULB Halle
002 729 415

3



5b.





B.I.G.

Farbkarte #13



DE
RE TESTANDI
VNIENTIBVS
POST INITAM
IEM PROLIVM COMPETENTE,
GAVSSISQVE, QVARE NON
VE VNIO PROLIVM FREQVENS,
SVBLATIS.

P R A E S I D E
E HARTWICH REVTERO

IVRIS VTRIVSQUE DOCTORE,

AD DIEM APRILIS MDCL.

D I S S E R T
ES LVDOVICVS WARNEYER
SERVESTA-ANHALTINVS.

HALAE SALICAE,
N N O H E N D E L I A N O .